



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ  
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac  
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &  
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

**Venetiis, 1579**

De defectu vestimentorum. c. 55

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40307**

### De defectibus

Et rñdendum est sicut in casu immediate precedenti. Seq dubitatur quō, cuz numeris ignoretur. Cui dubitationi rñdeatur hoc posse contingere: q̄ decem hostias videat extensas, ⁊ vna ibi lateat. Ipse autem intendit oēs, quas videat, ⁊ nullam alias p̄secrare. Vel pōt esse, q̄ decem ipse ibi posuerit, ⁊ vna erat ibi quam nesciuit: ipse vero intendat oēs illas quas posuit, cōsecrare. ⁊ redit hic casus in casum supra positum Alberti, quia tunc illa non est p̄secrata, quam nesciuit ibi esse: ⁊ oēs alię consecrate. Si autem vnam plus ipse posuerit, quā crediderit: vel alius vndecim posuerit: ⁊ ipse mandauit poni decem: ⁊ non intendit consecrare nisi decem tantum: tunc non est determinata eius intentio: ⁊ sicut supradictum est, nulla est consecrata.

### De defectu vestimentorum. Cap. 55.

**S**ciendum est, q̄ s̄m S. Th. ⁊ Alber. ⁊ alios Theologos, si quilibet dimittens aliquid tale, puta, t̄ps debitū, altare tribus mappis coopertū, vestes, ⁊ h̄mōi grauit̄ peccat: nihilominus p̄secrat, si est ordinatus, ⁊ adsit eius intentio, ⁊ debita materia, ⁊ debita forma: sed grauis̄ime peccat, si scienter hoc faciat. In his potes colligere quę sint illa, sine quibus nō cōficiť. s. materia debita: ⁊ forma: cū int̄tione: ⁊ ordo in conficiente. Quicquid horū quatuor deficiat, non p̄ficitur sac̄m. Et istis quatuor cōstentibus, quibuscunq; alijs deficientibus, veritas adest sac̄m.

**S**c̄dm Host. sufficit, q̄ vnus sit p̄s̄ens in missa, qui sacerdoti rñdeat: quamuis. de conse. dist. 1. dicatur q̄ duo requiruntur. Mulier in missa ministrare non potest. **E**tiam sine lumine non debet aliquis celebrare. extra de celeb. miss. c. ex parte.

### De defectibus dispositionis corporis. Cap. 56.

**I**n concil. Toletano factū fuit p̄ceptū sacerdotibus, q̄ nullus sacerdos post potū cibūq; quantumcunq; minimum sumptū, missam celebrare p̄sumat. Et glo. ibidē dicit, q̄ intelligitur de cibo, vel potu post mediā noctē sumptō: qz in mediā nocte incipit dies s̄m ecclesiā. Et nos videmus esse veruz, quia tunc incipitur officiū diei. s. matutinū quasi pertinens ad mane illius diei velut initii. Dicit et S. Th. q̄ post sumptionem aq̄e vel alterius potus, aut cibi, aut et̄ medicinę, in quāta cunq; parua quātitate, non licet cōicare: nec refert vtrū nutriat, aut non.